

Johann Himmel

**Johannes Himmelius Pomeranus, SS. Theol. D. Et P. P. Collegii Theologici p.t.
Decanus, Lectori cum debita honoris praefatione S.**

[Jena]: Steinmann, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788773356>

Druck Freier  Zugang





39

Fa-1092 (39.)



21.22.

2.

35.

34.6.

33. 37.

32.

31. 39.

30.

29.

28.

27.

26.

25.

24.

23.

22.

21.

20.

19.

18.


17.

16.

15.

14.

13.



S POME- COLLEGII TORI

כִּרְבֵּי הַחֵמָה , LXX. ita reddiderunt : ἐν πλῆθει σοφίας
dit dolorem. Hæc sapientissimi *Salomonis* (quem autorem
obscura, non paucis verò absona videntur, vix est quod dubitem.
m & utilitatem variam decent, commendant & demonstrant)

35

3436

33

37

32

3

39

31

30

29

28

27

26

25

24

15

16

17

18

9

JOHANNES HIMMELIUS POME- RANUS, SS. THEOL. D. ET P. P. COLLEGII THEOLOGICI p. t. DECANUS, LECTORI cum debita honoris præfatione S.



N Libro quem Hebræi חכמה Græci εκκλησιαστικη appellat Vir sapiens c. i. v. ult. inquit: רב בעס ויוסף ויוסף מכאוב רב חכמה רב רב חכמה LXX. ita reddiderunt: εν πληθει σοφιας
 αληθινου γνωσης, και ο προσωθιας γνωση, προσωθιας αληθεια, id est, *In multitudine sapientia, multa indignatio, & qui addiscit, multa addit dolorem.* Hæc sapientissimi *Salomonis* (quem autorem
 hujus libri esse testatur non solum libri hujus Cap. i. v. i. sed & orthodoxus Patrum Chorus, cum primis *D. August. l. 20. de C. D. c. 3.*) verba, quin multis obscura, non paucis verò absona videantur, vix est quod dubitem.
 Tenim cum tam multa sint, & in Scripturis sanctis, & in dictamine Rationis, & in quotidiano rerum usu, quæ Scientiarum necessitatem, honestatem & utilitatem variam docent, commendant & demonstrant
 mirari quis posset, cur hanc notam ac labem scientiis inurat *Salomon* ipse scientissimus, ac sapientum maximus, ut ejus incrementum indignationis & doloris, vel ut alii reddunt *laboris* incrementum nuncupet. Quid
 enim? exiliimabimus, inter cæteras illas rerum sub Sole vanitates, quas in illo *Ecclesiastes* libro graviter & copiose vel potius divine explicat *Salomon*, etiam sapientiam ipsam ac scientiam connumerari, & hanc
 quoque nihil aliud esse, quàm ut ibi loquitur, *occupationem pessimam & afflictionem*? Ut quid ergò tanto conatu ac molimine, tot annorum studiis ac lucubrationibus, tot ac tantis impensis scientias comparamus,
 sapientiam investigamus? An ut dolorem dolore emamus? & vano in labore nostra omnia & nos ipsos deteramus, perdamus? Id si ita est, nihil rerum divinarum ac humanarum cognitione ineptius & infelicius,
 nihil honoribus & ornamentis Academicis, amplissimo semper loco habitis, ridiculum magis aut inanium, nihil denique vocatione nostra Scholastica vanius. Sed non ita, opinor, sapientiam ac scientiam depri-
 mēre, ac de gradu dejicere *Salomon* voluit: Et ille *Salomon* qui pro maximo beneficio sapientiam à Deo postulavit & impetravit, hoc etiam nomine egregiè à Deo collaudatus, quod non divitias, non animas ini-
 micorum, non dies multos, sed sapientiam postulasset. 3. Reg. 3, 13. An ideo fortè *in multa sapientia est multa indignatio, & qui addit sapientiam, addit dolorem*, quia non sine vario ac diuturno labore, non sine periculo ac afflictione compara-
 tu? Verum quidem istud est, sed quis & hoc nescit, qui primis saltem literarum & scientiarum naturam degustavit labris? Tritum est illud: *Multa tulit; & c. Non est quod existimēs ullam sine labore esse virtutem*; inquit *Seneca Epist. 51.* Unde
 laudatissimus Imperator *Fridericus in Authent. Habitu. C. Ne Filius pro Patre*: Quis, inquit, eorum non misereatur, qui amore scientia exules, facti de divitiis pauperes semetipsos exinanunt, vitam suam multis periculis exponunt, & a vilissimis se-
 pe hominibus (quod graviter ferendum est) Corporales injurias sine causa perferunt? Verum enim verò non ita vulgare atque exile est, quod Spiritus S. per tantum sapientem nos docere voluit. Alius quid & sapiente dignum insinuare creden-
 dus est. Istud ergò (ni fallor) voluit sapiens dicere, quod *in multa sapientia sit multa indignatio*, quia qui multa discit, multa præstare debet. Hinc scitè & ritè verba hæc B. Lutherus ita vertit: *Wo viel Weisheit ist, da ist viel Gremens, und wer
 viel leren muß, der muß viel leiden.* Ut enim crescunt dona, ita crescunt rationes donorum, uti *Magnus* scribit *Gregor. hom. 9. in Evang.* Et secundum *D. Bernardum* Monachum illum devotissimum: *Nunquam in honore sine labore nun-
 quam in prælatione sine tribulatione, nunquam in sublimitate sine vanitate quis esse potest.* Qui addit igitur scientiam, addit dolorem, quia cui multum est concredendum, ab eo multum exigetur, juxta Parabolam illam de talentis *Matt. 25, Luc. 19.*
 Loquitur igitur sapientissimus *Salomon*, non tam de sapientia ac scientia acquirendâ, quàm acquisitâ, ejusque tam usu, quàm abusu. Nam & in ipsa ad scientias comparandas viâ seu methodo vera, graviter à pluribus peccari contingit, de
 quâ re aliàs, & alibi docendi fortassis locus dabitur. Doctorum autem virorum & rerum maximè divinarum cognitionem profitemium, quinque mihi defectus seu ut veriùs loquar abusus & errata occurrunt. Alii enim docti cum fiat, alios tamen
 omninò non docent, sed talentum penitus abscondunt: Alii docent quidem, sed vel falsa & pestifera, vel vana & inutilia: Alii rursus rectè quidem docent, sed ita ut cum scandalo viventes planè dedoceant. Sunt & alii, qui sine scandalo quidem
 docentes vivunt, sine tamen non recto, sed turpi & inhonesto docent. Porro alii absque scandalo quidem & sine non malo, tamen juxta talentum acceptum, seu quoad scientiam, & quoad gratiæ mensuram non docent: Et contra hos omnes valet
 quod Ecclesiastes dixit: *In multa sapientia, multa indignatio est.* Porro rectus & perfectus usus est, his omnibus seu defectibus seu vitiis sublati, & quantum & quomodo, & quando oportet tam factis, quàm verbo alios docere. Ve-
 rum hunc & docendi & discendi modum usumque non sine felici successu, & multorum fructu tenuit noster *Candidatus*, Vir Reverendus & Clarissimus *Dn. M. ANDREAS MERCKIUS*, Pastor primarius & Superattendens Ecclesiæ Halensis, cujus
 gratiâ hæc præfati sumus, cujusque scientiam & ratione theologicâ seu acquisitionis, & ratione philosophicâ seu usurpationis & applicationis, ut paucis delineemus, instituti nostri ratio efflagitat. Natus est noster Reverend. *Dn. Candidatus* Quersurti, Pa-
 rentibus honestissimis, Patre Viro Spectatissimo, *Dn. CHRISTOPHORO MERCKIO* Cive Quersurtensi primario, Juris Practico haud postremo, qui ad locum omnibus pijs communem Anno 1598. Matre verò *CATHARINA*
REINBOTTINA matronâ honestissimâ, quæ hunc suum filium, tanquam senectutis baculum (quo & hoc ipso viduitatis & senectutis tempore innititur) non tantum in verâ pietate educari, sed & tum in Patria, tum in Halensi Scho-
 lâ bonis artibus imbui ac informari sedulo curavit, donec Anno 1610. summis Amplissimi & Prudentissimi Senatus Quersurtensis, cum primis verò Reverendissimi atque Illustrissimi *Dn. D. Boethium*, *Dn. D. Fuchrium* docentes audivit: Dehinc in florentissimam *Witebergensium* Academiam concessit,
 ibidemque magnos illos Theologos, *Dn. D. Hutterum*, qui in *aylois*, *Dn. D. Balduinum*, & *Dn. D. Frantzius*, in Philosophicis verò *Dn. Jacobum Martini*, Philosophum & Theologum eximium, ut & *Dn. D. Ambrosium Rhodium* Mathematicum
 celeberrimum, Præceptores habuit, ibidemque Anno 1614. Gradum in Philosophia summum, non sine laude & suo quodam merito consecutus est. Tandem nostram quoque invisit Academiam, & tum in Lectionibus frequentandis, tum
 in Disputationibus & Concionibus habendis masculè sese exercuit. Sub *Dn. D. Gerharde*, Collega, Compatri & Fratrem nostro in Christo conjunctissimo, privatim habuit disputationem de *Libero Arbitrio*: Item de *Lege*, & *Conjugo*; Publicè
 verò de *Baptismo*, item de Evangelio Dominicali *Dominica 24. Trinitatis* à semetipso conscriptas. Valedictionis verò loco disputationem itidem à semetipso conscriptam de *Cena Domini*, sub Præsidio Venerandi *Dn. nostri Senioris*, Viri
 Reverendi ac Clarissimi *Dn. D. Majoris*, Collegæ, Compatri ac Fratris nostri conjunctissimi feliciter & omnium cum applausu instituit. Academiam *Giessenam* dum temporis florentissimam jussu sui Illustrissimi invisurus fuisset, & pau-
 singulari fato & providentiâ divina Anno 1617. ad Archidiaconatum in superiori templo Parochiali Fortunatissimæ Urbis *Halensis* vocatus, & Venerandi Theologi *Dn. D. Johannis Olearii* Collega, ac tandem Vicarius factus fuisset; & pau-
 lò post matrimonio honesto sibi legitime conjunxisset Lectionissimam Virginem *ELISABETHA* filiam primogenitam Viri Clarissimi ac Experientissimi *Dn. D. Onophrii Kirchovii Medici apud Islebienses* Ordinarii beat. mem.
 celeberrimi. Anno 1620. *Dn. D. Olearii* Senioris decrepiti & emeriti partes ad *Dn. nostrum Candidatum* sunt devolutæ: Piè verò ac placidè defuncto *Dn. D. Oleario* Anno 1623. eidem plenariè hoc ipso Anno 1624. successit, legitime à
 Nobilissimo atque Amplissimo Senatu, congratulante ipso Reverendissimo Principe, vocatus & ad hocce evedtus officium, quo functi sunt ante & præter *Dn. D. Olearium* Theologi præclarissimi & de Ecclesia Christi probè meriti *Dn. D.*
Justus Jonas, *M. Sebastianus Boethius*. Hac ordinariâ successione & surrogatione legitima cum potiretur *Dn. noster Candidatus*, visum fuit Nobilissimo ac Amplissimo Senatu *Halensi*, ut Antecessorum suorum exemplo laudabili Gra-
 dum in Theologia summum debito mōre modoque assumeret, quo nomine haud ita pridem nostræ Facultati prædictus Senatus Amplissimus *Dn. nostrum Candidatum* de nota commendavit meliori. Unde statim ad Tentamen fuit admis-
 sus, in quo ita suam eruditionem nobis probavit, ut dignus communi nostro suffragio habitus fuerit, cui fores bipatentes ad Exercitia Doctrinæ reliqua aperirentur. Habitâ igitur temporis presentis ratione Cursoiæ Lectionis loco assi-
 gnatum est ipsi Vaticinium illud de Adventu Messæ in carnem luculentum & præclarissimum *Genes. 49, 10.* de quo præstat tacere, quàm pauca dicere, præferim cum id *Dn. noster Candidatus* aliquor Lectionibus publicis nervosè
 sit explicaturus & declaraturus. Initium verò hujus Explicationis crastinâ, Deo dante, IX. pomeridiana fiet, cui ut omnes omnium Facultatum Studiosi frequenter intersiat, & Collegii & *Candidati* nostri nomine officiosè rogo, hoc
 quicquid est officii pro virili, quavis datâ & oblatâ occasione, compensaturus. P. P. Jenæ Anno M. DC. XXIV. 5. Decembris, DOMINICA ADVENTUS II.

Typis STEINMANNIANIS.

IOHANNES HIMMELIUS POME
RANUS, SS. THEOL. D. ET P. P. COLLEGI
THEOLOGICI DECANUS, LECTORI
cum debita honoris praesertione.

[Faint, mostly illegible Latin text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a formal document or letter.]



1780 STEINMANN

IOHANNES


RANUS. S. S. TH.

THEOLOG

CHIRK

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]











pace civili & temporali intelligi velit. Plura quæ
topsi Controversiarum sub Pietatis prætextu mota
Reverendi Dn. Præsidis Artic. XXXI. qu. 5.

1. *An Pacis causâ Syncretismus sit incundus?*

cretismus nomen habeat, & in quo consistat, pro
non est nostri instituti. Egerunt autem de eo suf-
fologi celeberrimi D. DANNHAWERUS *im Reform-*
und Friedens-Gruß. D. CALOVIVS *in Antisyncri-*
tatis locis & controversiis. D. KROMAYERUS *in locis*
icis. D. BOTSACCUS *im Antisyncretistischen Weg-*
ANGO in Historia Syncretismi à mando condito, to-
NISTERIUM Gedanense, invariatae Augustanae
addictum, sub titulo: *Syncretismus, Das ist:*
Seige Erörterung &c. cui scripto, libris symboli-
codice conjuncto, ab omnibus, quotquot in ec-
civitate sacris initiantur officiis, subscribi so-
flimè nos expediamus: Syncretismus nobis est
qui in fundamentalibus fidei articulis dissentiunt,
hoc permanent, ac nihilominus ad fraternitatis
isdemque Eucharistiæ participationem admit-
smodi unio, ex opinione Syncretistarum, Dicto
bis tractato convenit. Si enim pax *cum omnibus*
anda est, utique etiam cum iis, qui tametsi dis-
dia tamen vel tegunt, vel insuper habent, vel
leoque animum pacificum præ se ferunt. At no-
mens est, propter adjectam ab Apostolo limita-
ri potest, quantum in vobis, Moraliter autem fieri
unum ejusmodi chaos coalescamus cum iis, qui
o fidei à nobis dissentiunt. Nam (1) jubemur
colere; sed *cum veritate*, non sine hac multoque
eandem Zach. VIII. 19. (2) prohibemur *idem*
cum infidelibus: sub quâ voce omnes compre-
hendun-

